

pectus ingreditur; firmate igitur sc̄i. uestros firma-
 te cultores. ac p̄tra angulari. nostrū pectus instru-
 ite; Periculosus ac fortis est hostis; omnes aditus. om-
 nes explorat ingressus; Sed nihil est uerendum.
 grandis est occurrentium multitudo sc̄oz; Cum
 igitur nobis e caelatum castris. tantus militum &
 regum numerus aduenerit. arripiamus arma ius-
 titiæ. prudentiæ. nos & fidei ^{nos} clipeo protegamus;
 non lorice squamis. sed temperantiæ & puditiæ lā-
 minis. pectora muniamus; Dextris nostris. fidei sem-
 per ac patientiæ tela uibremus; Mox feriamus. si
 quispiam pulsauerit inimicus; Talia dudum. talia
 apostoli arma postarunt; his instructi. intempe-
 rantie. lasciuie. cupiditatis. ambitionis. Iræ quoque
 & superbiæ colla fregerunt; Nihil itaque nobis mise-
 ricordia saluatoris. non arma. non præsidia. denega-
 uit; Unde. & iam atque & iam providendum est. ne
 nos uelut oscitantibus. uirtutum torpor inuadat;
 ne aut incredulitas. fidei inimica subripiat. aut ira
 differat. aut cupiditas uexet. aut luctus ambitio;
 Libenter nobis cum n̄ri martyres uersabuntur.